Grabowski **Bannitus**

Super citationem Literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes Leszczowolski Branscen. Capitaneus tibi Noli Joanni olim Christopheri Grabowski de Białoszewo hredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitli authoritate mandamus ut coram Judicio Nostro Capitan. Castren. Branscen. in Terminis Judicibus simul et Querelar. ac Causarum officii Capitan. Castren. Branscen. Feria secunda post datam proxime celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad instantiam praesentis Citatoris proventus pro Justitiariis Judicii Nostri et ipsius delatoris Noli Laurentii olim Petri Raji Sponsi. Qui te citat ad Banniendum et de Regno Polon. proscribendum ex eo Quia tu Remissionem seu fortem de brachio regali intromissionum in bonis tuis per vicegerentes officii Nostri Nobilem et Nobiles duos affectatam vigore actori pertinentis in Judicio Terrestri ac officio praesenti instituta Ideo Quod tu privata authoritate ab eodem actore chirographum a Gnoso Bernardo Mrzyczewski Vicepallatino Podlachiae pro summa Triginta florenorum polon. et alia munimenta recepisti et manibus decerpsisti in damnum actoris centum marc. polon. taxatis iuridice per Judicium et obtentorum non admisisti imo temere denegasti per quodem poenam Bannitionis incidisti ad quam superte et bonis tuis omnibus decernend. et per Infamialem publicandam citaris Judicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Branscen. Feria secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Cuius Citationis Copiam sigillatam Regni Generalis Providus Baltazar Piotrowski ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse et praesentasse recognovit Memoratus actor supradictum citatum ad Judicium praesens castrense Capitaneale Branscen. per Nobilem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski Ultra iuris formam vicibus quatuor clamatum et non comparentem in poena Bannitionis ex Regestri ordine de admissione Judicii praesentis Judicialiter condemnavit Et Judicium praesens Castren. Capitan. Branscen. Visa et considerata citati clamati et non comparentis contumacia et temeritate Juri communi et partis actoreae affectationi ac contentis citationis inhaerendo super praedicto citato et bonis eius omnibus poenam Bannitionis decernit imposuit citatum bannitum Bannitum et de Regno Polon. Terrisque eidem annexis proscriptum pronunciat et ad publicandam eandem poenam Bannitionis Nobilem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski addit et deputat Quiquidem Nobilis praefatus iuris sua deputatione restituens eundem citatum decreto praesenti Bannitum et proscriptum hic in facie Judicii praesentis ac foro publico oppidi huius in praesentia multorum hominum pro Terminis praesentibus congregatorum alta sua voce praeconica publicasse proclamasse et ad notitiam debitam omnium hominum deduxisse Judicialiter recognovit de quo Relatio praesens.

Wiercinski **Bannitus**

Super citationem Literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris eiusmodi Franciscus Joannes in Leszczowolski Branscen. Capitaneus Tibi Nobili Christophero olim Alberti Wiercinski ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitan. authoritate mandamus ut in Terminis Judicibus simul et Querelar. ac Causarum offii Capitan. Castren. in Curia Regia Branscen. Feria secunda post datam et positionem praesentis citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie compareas Ad instantiam Justitiarii Judicii nostri et eius delatoris Honesti Joannis Czyżewski Famuli seu Pueri Gnosi Albrechti Szamienski Burgrabii Curiae Branscen. cum eiusdem domini sui assistentia actoris Qui te citat ad Banniendum et de Regno Polon. proscribendum ob non admissam Intromissionem per Nobilem et Nobiles duos officiose affectatam vigore eius pertinentem in officio praesenti ratione in contrarium iurium et libertatum Regni quibus thelonea in pallatinatu podlachiae sunt sublata in via libera bonorum hereditarie ad Bochi tendens ab eodem actore in bona cuiusdam ... thelonei